Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26318
Copyright: Admont, Benediktinerstift



19

pede incedet aduersatur euangelii. dixi petro coram omnibus.
Sicut hi qui sanis gressibus claudicare se simulant ii uirtutem
habent impeditus; sed est aliqua causa cur claudicent. ita
et petrus sciens circumcisionem et spiritum nichil esse sed ob
seruationem mandatorum dei. edebat quidem ante cum gen
tibus. sed postquam abiisse ne iudeos a fide xpi prohibere subtra
hebat. Vnde et paulus cadem arte qua ille simulabat. ei
restitit in faciem et loquitur coram omnibus non tam ut pe
trum arguat. quam ut hi quorum causa petrus simula
uerat corrigantur. Qui dicit sicut non placet iste sensus quo
nec petrus peccasse. nec paulus placuit ostendit arguisse
maiorem. debet exponere qua sequentia hoc paulus
in alio reprehendat qui ipse commisit. Si tu iudeus cum
sis gentiliter et non iudaice uiuis. quomodo cogis gentes
iudaizare. Insolubili argumento astringit petrum.
immo per petrum eos qui repugnantia illa facere nitebantur
cogebat. Si mihi operire tu natus iudeus circumcisus a
parua etate et uniuersa legis precepta custodiens. nunc
ob gratiam xpi scis ea nichil prosunt habere utilitatis. sed exem
plaria esse et imagines futuorum. et cum his qui ex gentibus sed
cibum capis neque quia ut ante superstitiose sed libere et in
differenter uiuitis. quomodo eos qui ex gentibus edideritis ne
recedis ab eis et quasi abominatus te separans et secernes com
pellis eos iudaizare. Si enim mundi sed a quibus recedis
id eo aut recedis quia non habent circumcisionem. compellis
eos circumcidi et iudeos fieri. cum tu ipse natus iudeus gen
tiliter uiuis. Et latentem ostendit causam. quare adusque eum
disputantem et scilicet gentes simulationem sua iudaizare
compelleret dum eum cupiunt emulari. Nos na
tura iudei. et non ex gentibus peccatores. Subrepunt hoc
loco heretici quidam et inepta fingentes